



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

§. 51. Ecclesia Anglicana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

sterium conditurus; quam sibi concessam Sæculum X.  
Monachis Regulam S. Benedicti profiten- A. C. 975.  
tibus implevit. Ipse quoque in illud Mo- *Epitaph.ap.*  
nasterium se recepit, in quo post quatuor *Baron. ann.*  
annorum spatium, annos natus septua- 977.  
ginta duos, undecima Novembris, anno  
reparatæ Salutis nongentesimo octogesi-  
mo primo mortalitatem exuit.

§. LI.

*Ecclesia Anglicana.*

In Anglia Rege Edgaro fatis functo, an-  
no nongentesimo septuagesimo quin-  
to, successit Eduardus filius, Regina No-  
verca & non nullis Proceribus necquid-  
quam obſſentibus, qui ut Reginæ filium  
in Throno ſedentem conſipercerent, nul-  
lum non lapidem movebant; nam S.  
Dunstanus jubens, Crucem ſibi de more *Sup. §. 28.*  
præferri, in medium conuentum intra-*vit. Malmes.*  
vit, Eduardum legitimum Regni Hære- *II. reg. c. 9.*  
dem omnibus præſentavit, unxit, & Pa-  
tris loco fuit, quamdiu Princeps juvenis  
regnum brevissimum, videlicet anno-  
rum duorum & sex mensium tenuit.  
Tunc vero Clerici, ob effrenem vitæ li-  
centiam ex Ecclesiis Cathedralibus antea  
pulsi veteres querelas recoquere; quam  
triftis fors eſſet, ſe ex ſedibus ſuis pelli  
ab Advenis; neminem autem Clerico-

Mm 5 rum

Sæculum X. rum jam existeré, cui non similis fortuna timenda esset. Nec deerant Optimates querulantibus faventes, atque inter alios Alfierius vir in Regione Merciorum potentissimus, qui omnia pene monasteria a S. Ethelwoldo Episcopo Wintoniensi fundata evertit. Nemini vero magis quam S. Dunstano, utpote Reformationis Auctori, irascebantur.

Ad componendas turbas convocavit. *S. Dunst. tum est Concilium Wintoniæ, cui S. Dunstanus præfuit. In eo Clerici causa ceciderunt, quam nullo jure defendere poterant; ergo ad preces convertuntur, & Rege juvē quoque, Proceribusque S. Dunstanum rogantibus, ut supplices restitueret, deliberantem, quid responderet, subitum prodigium confirmavit. Crucifixi effigies in pariete Refectorii, in quo sedebant Patres, affixa, locuta fuisse fertur, & clara voce dixisse: Nihil fiet, nihil fiet. Rex & Proceres pertiti exclamare, & Deum laudare, Clerici vero obmutescere.*

### §. LII.

*Turquetuli Abbatis pars vitæ extrema.*

Eodem anno nongentesimo septuagesimo quinto e vita migravit Turquetulus